CATALOGUS

PLANTARUM

IN AGRO CALATA-HIERONENSI COLLECTARUM

AB

EMMANUELE TARANTO ET XAVERIO GERBINO



CATANÆ

EX TYPOGRAPHIA JOSEPHI MUSUMECI-PAPALE

1845.

LECTORI

Inter beatas Siciliae plagas meridiem spectantes, Solum Calata-Hieronis terrarum magnitudine (nam quinquagesimam fere partem totius Insulae comprehendit), amoenitate, fertilitate, coelo purissimo mitissimoque non ultimum, de iis quae ad naturam pertinent parum aut nihil a viatoribus perlustratum est. Praeterea si ubicumque viri doctissimi Sicilienses loca natalia invisunt, detectasque divitias patefaciunt, sane decebat, ne in illud Tullii, quod est ante pedes nemo spectat, *incidissemus et nos, naturalia nostra non amplius ultro contemnere.*

His sedulo perpensis, ad perquirenda, quae uberrime Solum hocce nostrum praebet, naturalia munera jamdudum totum animum appuli, et juventutem in naturalibus scientiis adjuvandam, patriumque decus augendum collectiones zoologicas, mineralogicas, botanicas, quas mihi privata studia, amicitiae sapientum, peregrinationesque porrexere, servandas, sancteque custodiendas, quod diu multumque in votis habui, Musaeum publicum nuper instituere feliciter mihi evenit; quod etiam libris sumptu meo comparatis atque omnibus ad id utilibus, nec non archeologicis venustatibus, mihi adlubuit exornare.

Sed quo modo colligenda ea, quae ad varia naturalium studia sint necessaria, juvenes verbo exemploque edocui; nec eos piguit mecum unà arva patria peragrantes, alios mineralia et fossilia quaeque exantlare, alios zoologica omnigena venari, alios phytologica qualiacumque decerpere, omnes jucundissimis hisce studiis hilari promptoque animo incumbere, divitiasque patrias in patrio Musaeo sensim aggerere.

In botanicis vero investigationibus comes mihi adfuit jamtum, adestque solertissimus Xaverius Gerbinus, *qui invitatui meo perfecte cohaerens Florae Calata-Hieronensi viribus aeque nostris, omnino peragendae, favente Numine studet et ipse. Pauca tamen de Agro nostro, deque lucubrationibus nostris breviter hic dicere mihi liceat.*

Plagis duabus constat Ager Calata-Hieronensis, *quarum unam* concentricam, *quia urbem continet dicimus*, excentricam *alteram. quam* Hamo-petro *etiam vocant, ab urbe millibus* XXIV. *passuum circiter dissitam. Prior, de qua praecipue sermo est, latitudinis borealis sub gradu 37° 12' extat, nec non 32° 8' longitudinis ab Insula ferri. Parum mari africano distans, nemora venatui habet aptissima, perjucundas convalles fontibus rivulisque perennibus contextas, vinetis, viridariis, pomariis hinc inde consitas, laetosque campos ad olera ac frugum copiam exuberandam idoneos.*

Agri pene totius extentio calcarium tertiarium, alicubi conchyliis integerrimis ab Oceano quasi dudum eromitis subactum, exhibet; abundat vero arenariâ in orientali et meridionali tractu, argillâ prope et circum urbem, sulphato calcareo marnâque, veluti zonâ, ad septentrionem. Limine in hoc flumen quod dicitur Templum *regionem dividit a collibus Platiae, Herbitaeque protractis, et meridiano memorabile* Achates *a ramis collium Hyblaeorum ad Casmaenam usque distensis. Ad oras occidentales fastigium Montis Cansariae extat, omni alio elatius, a superficie etenim maris mille circiter passuum se attollit; in devexitate autem septentrionali ejusdem pagus et mons* Sancti-Michaelis *sunt, terrae plantarum uberrimae.*

Hujus Soli loca, eorumque vero paucissima, quantum otii concredita nobis munera permiserunt, ego et comes meus per biennium peragravimus; herbarum, quae prae oculis sponte sese exhibuere florentes, nonnullas accurate collegimus. collectas acuta oculorum acie, comparavimus, sedulaeque animadversioni, interdum etiam microscopii ope, ea qua par erat diligentia, subjecimus; ad Phytologorum celebriorum recentiorum libros et consilia ivimus; et plantas omnes, quas decerpsimus in Herbario Musaei adservavimus.

Quare, benevole Lector, fasciculum primum platarum Calata-Hieronensium lubenter accipe, quem si modo nonnisi nudum Catalogum stationes efflorescentiasque vix signantem inspicis, veluti materiam, licet rudem, inspicias quaeso, quam paullatim congerere nitimur ad opus arduum et difficile florae Calata-Hieronensis, exquisitis prius locis omnibus extruendum; eadem ratione, qua naturalibus quibusque aliis adhuc inventis ac in Solo nostro collectis colligendisve, uti speramus, faxit Deus, ad totius regionis scientificam descriptionem tandem concinnandam. Vale.

Emmanuel Tarantus

DIANDRIA

MONOGYNIA

Olea oleaster *Hoffm.* — Olea Europaea *b.* oleaster *L.*

In sylvaticis, et nemoribus satis abunde.

Floret ab idibus aprilis ad idus junii.

Veronica arvensis *L.*

In collibus herbosis, ad rupes et rudera —*Mazzone, Balatazze, s. Bartolomeo.*

A martio ad majum.

— anagallis L.- var. *b.* elata *Guss.*

In aquosis, et ad rivulos frequentissime.

Ab aprili ad majum.

— hederaefolia L.

In cultis, et incultis, ad muros et rudera, per vias ubique.

A janoario ad aprilem.

— panormitana *Tin.*

In ruderatis, ad muros humidiusculos circum olera. s. *Bartolomeo, Greci, Teatrino* ad compages lapidum.

Martio et aprili.

Veronica cymbalaria *Bertol.*

In cultis, incultis, et ruderatis, secus vias, ad muros obvia.

A decembri ad majum floret.

— didyma *Ten.*

Ibidem et eodem tempore floret,

— agrestis *L.*

In arvis, hortis, et vineis. *Regaleme Orti-de'-miracoli, Saracena.*

A februario ad majum.

Rosmarinus officinalis *L.*

In sylvaticis praesertim meridionalibus. *Noce, s. Pietro, Marfisa, Piana-di-Carbone, s. Basilio* etc.

Floret fere per totum annum, pleno vero ab octobri ad majum.

Salvia clandestina *L.*

Optime congruit cum descriptione Cl. *Bianca. Flora de' dintorni di Avola.*

In collibus arenosis, et calcareis, ad margines viarum abundè.

A novembri ad majum, et in humidiusculis ultra.

TRIANDRIA

MONOGYNIA

Valeriana rubra *L.*—Centranthus ruber. *DC.*

In calcareis lapidosis, et ad fissuras rupium. *Montagna, Marcimino, s. Pietro* et alibi.

Ab aprili ad augustum pleno floret, per annum raro.

Fedia cornucopiae *Vahl.*

In cultis et herbosis, secus vias, et inter vineas satis abundè.

A decembre ad junium.

var. *b. floribus albis.*

In herbidis ad sepes rara et specie gracilior. *s. Caterina, Tabascio, Novaro.*

Ineunte vere.

Varianella eriocarpa *Desv.*

Inter segetes et in pascuis herbosis non rara.

Ab idibus martii ad majum.

Crocus longiflorus *Raf.*

In collibus arenosis et calcareis, ac in pascuis apricis abundè.

Ab octobri ad decembrem.

Romulea bulbocodium *Seb.* et *Maur.*

In arenosis et calcareis in pascuis apricis ad vias. *Portosalvo, Moschitta, Piana-di-Carbone, Battistella*, et alibi copiosè.

A februario ad nonas Martii.

Gladiolus segetum *Ait.* — G. infestus *Bianca.*

Inter segetes ubique infestus.

Aprili majo.

Iris pumila *L.*

In collibus aridis. *Bardella.*

A februario ad idus martii.

var. *c. discolor* Guss.

In submontosis calcareis. *Scala, Cansaria.*

Martio florentem se nobis exhibuit.

Iris scorpioides *Desf.*

A descriptione Cl. *Bertoloni* recedit ob corollae lacinias minores horizontaliter patentes, uti recte monet Cl. *Gussone*, et majores bifidas ob flores lacte coeruleos, ob stigmata, licet grandia, fere longitudine segmentorum majorum corollae, sed emarginato-bidentata. Dicendum verius, segmenta majora corollae bifida, laciniis eroso-serratis.

In collibus apricis, in campis aridis, in lapidosis ac ad vias. *s. Mauro, s. Maria-di-Gesù, Portosalvo, Bardella, Mazzone*, et alibi non rara.

A novembre ad martium.

— sisyrinchium *L.*

In collibus aridis et sterilibus, ad vias, et ad margines agrorum. *Giunco, Fontanelle, Ogliastro, Madonna-della-via, croce-del-Vicario, Cappuccini-vecchi, Rocca* etc.

A martio ad majum.

— tuberosa *L.*

In dumeticis umbrosis, et sylvaticis. *Mazzone, s. Basilio, Russa, s. Lorenzo.*

Martio et aprili.

Cyperus flavescens. L.

In aquosis, ad rivulos, et cursus aquarum. *Rangasile, Locertone, s. Basilio.*

A julio ad septembrem.

— olivaris *Targ.*

In cultis non rarus.

A junio ad octobrem.

— badius *Desf.*

In udis, et aquosis fere ubique.

A majo ad augustum.

Scirpus palustris *Presl.*
In aquosis, udis, et ad rivulos. *s. Pietro, Favare, Granieri.*
Ab aprili ad julium.
— Savii *Sebast.* et *Maur.*
In hamentibus et uliginosis. Ibidem et *s. Basilio, Terrana.*
A martio ad octobrem.

Scirpus holoschoenus *L.*
In demissis humidis. Ibidem, et *Madonna-della-via, Saracena, Giunco.*
A junio ad augustum.
— maritimus *L.*
Ad fluminum ripas. *s. Pietro, Terrana, Mazzarrone.*
A majo ad augustum.

DIGYNIA

Ægylops ovata *L.*
In campis sterilibus et incultis, ad margines viarum ubique.
Ab idibus aprilis ad majum,
— triticoides *Regu.*
In arenoso-argillosis aridis ad sepes herbosas frequens.
Eodem tempore floret.

Rothboella filiformis *Roth.*
Ibidem.
Ab aprili ad julium.

Lolium perenne *L.*
In pascuis apricis, in arvis, secus vias obvium.
Ab aprili ad junium.
var. *c. ramosum* Guss.
In cultis, inter frumenta, et circum olera frequens.
A majo ad junium.
— arvense *L.*
In campis, arvis, et pascuis herbosis, ac inter segetes.
Ab aprili ad majum.

Gaudinia fragilis *Paliss.*
In arvis et inter segetes rara.
Majo.

Hordeum murinum *L.*
In collibus aridis sterilibus, ad vias et rudera undique.
Aprili majo.
— bulbosum *L.*
Ibidem cum praecedente.
A majo ad junium.

Triticum villosum *Paliss.*
In arvis et campis aridis, ad vias ubique.
Majo.
— repens *L.*
In incultis, ad macerias, ad margines viarum graminosos.
A junio ad julium.

Catapodium loliaceum *Link.*
In arenosis herbosis frequens. *Portosalvo, Moschitta, s. Bartolomeo* et alibi.
Majo.

Brachipodium phoenicioides *Link.*
In collibus calcareo-arenosis. *s. Pietro Cassaria.*
Majo.
— sylvaticum *Link.*
In dumetis, ad sepes cespitosas, ad margines agrorum frequens.
A majo ad junium.

Bromus mollis *L.*
In arvis, in pascuis, inter segetes, ad vias ubique.
Aprili majo.
— lanceolatus *Roth.*
In agris, arvis, inter segetes abundè.
Ab aprili ad majum.
— velutinus *Schrad.*
In collibus arenosis, ad sepes, et in campis frequens.
A junio ad julium.

Bromus scoparius *L.*
In pascuis et collibus herbidis copiosè.
Ab aprili ad majum.
— Gussonii *Parlat.*
In cultis, ad agrorum margines, inter segetes obvius.
A februario ad majum.
— madritensis *L.*
In aridis, sterilibus, ruderatis, ac etiam in pascuis.
Eodem tempore floret.
— tectorum *L.*
Ibidem et ad vias.
Majo.
Festuca ciliata *DC.*
Cum praecedente.
A martio ad majum.
— elatior *L.*
In demissis pinguibus abundè.
Ab idibus aprilis ad majum.
Dactylis glomerata *L.* - var. *b.* hispanica *Guss.*
In aridis et sterilibus, ad margines agrorum, et viarum copiosè.
Aprili majo.
Sclerochloa rigida *L.* - var. *b.* muralis *Guss.*
In cultis et incultis, in ruderatis ac etiam ad muros.
Ab aprili ad junium.
Poa annua *L.*
In ruderatis, ad maceries circum vias ubique.
A januario ad majum.
— bulbosa *L.*
In pascuis apricis, et herbosis collium frequens.
A martio ad majum.
— trivialis *L.*
In humidis, ad margines agrorum. *Scala, Tempio.*
Iacunte majo.
Glyceria ochroleuca *Dumor.*
In udis, ac juxta rivulos non rara. Ibidem.
Ab aprili ad octobrem.
Eragrostis megastachya *Link.*
Circum olera frequens. *Acqua nuova, Rangasile, Bardella.*
Septembre floret.
Briza maxima *L.*
In collibus aridis, in pascuis, ad sepes herbosas, ac inter frumenta abondè.
Majo.
— virens *Reich.*
In herbosis, ad margines agrorum, et inter segetes.
Eodem mense fl.
Chrysurus cynoscuroides *Pers.*
In collibus aridis, in ruderatis in tectis, ad muros.
A februario ad martium
Cynosurus echinatus. *L.*
In campis aridis, in herbosis, ad margines agrorum ubique.
Cynodon dactylon *Wild.*
In cultis et incultis, et praesertim in vineis nihil communius.
Per totam aestatem floret.
Panicum sanguinale *L.* — Digitaria sanguinalis *Presl.*
In umidis, ac in aggeribus arenosis. *s. Pietro.*
Eodem tempore fl.
— crus-galli *L.* — Echinochloa crus-galli. *Paliss.*
var. *b. muticum* Guss.
In aquosis, ad rivulos, ac etiam in uliginosis. *Fontanelle, Raganile,* et alibi.
A septembri ad novembrem.

Setaria verticillata *Paliss.*
In cultis et circum olera. *Valle-di bardella, Orti-dei-Cappuccini, e dei Miracoli* etc.
A junio ad septembrem.

Phalaris coerulescens *Desf.*
In campis, et collibus argillosis frequens. *Pille, Soccorso, Refugio, Cascalana.*
Majo et junio fl.

— nodosa *Sibth.*
Ad margines agrorum, et viarum in aridis.
A majo ad junium.

— truncata *Guss.*
In humentibus. *Tempio, Scala, Fontana-della-pietra.*
Majo.

— quadrivalvis *Lag.*
In campis et arvis argillosis. *Soccorso, Pille, Russa.*
Julio et augusto.

— minor *Retz.*
In collibus, campis et arvis argillosis herbosis communis.
Ab aprili ad majum.

— paradoxa *L.*
Inter segetes, et in arvis frequens.
Ab Idibus aprilis ad majum.

Phleum pratense *L.*
In collibus herbosis apricis non rarum.
Majo.

Polypogon monspeliense *Desf.*
In convallibus humentibus et ad rivulos. *Valle-di-bardella.* e di-*Rangasile, Orti-dell'-acqua-nuova.*
Ab aprili ad junium.

Lagurus ovatus *L.*
In arenosis aridis ad vias abundè.
Majo.

Stipa tortilis *Desf.*
Cum praecedente.
Aprili.

— Lagascar *R. S.*
Ibidem et eodem mense floret.

Milium multiflorum *Cav.*
In humidis, in ruderatis, ad sepes umbrosas. *s. Mauro, s.ta Caterina, s.ta Maria-di-Gesù* et alibi.
A majo ad septembrem.

Gastridium scabrum *Presl.*
In siccioribus et aridis, inter segetes.
Majo.

Agrostis verticillata *Willd.*
In humidis, juxta rivulos, et circum fossas. *Valle-di-Bardella, Orti-della-Grazia* e de'-*Miracoli* et olibi.
Floret fere per totum annum sed praecipue a majo ad octobrem.

— alba *L.*
Ibidem et eodem tempore floret.

Arundo ampelodesmos *L.*
In sylvaticis et submontosis, in collibus ac in nemoribus meridionalibus passim.
Aprili majo.

— donax *L.*
In humidiusculis, in demissis vinearum, et ad margines rivulorum potius culta.
A septembri ad octobrem.

— mauritanica *Desf.*
In collibus aridis, ad sepes, ad margines viarum campestres, et ad torrentium alveos frequentissime.
A julio ad septembrem.

Koelera intermedia *Guss.*
In collibus aridis non rara.
Ineunte junio.

Melica ciliata L.
In arenosis, et saxosis, ad sepes.

Ab aprili ad junium.

Avena Michelii *Guss.*

Tam in collibus, quam ad torrentium alveos frequens.

Majo.

— condensata *Link.*

In collibus aridis sterilibus, ad vias passim.

Ab aprili ad junium.

— parviflora *Desf.*

In cultis, et inter segetes, et ad margines agrorum.

Aprili majo.

— sterilis L.

Ibidem, et eodem tempore floret.

Avena fatua L.

Iisdem locis provenit, et eodem tempore floret.

— hirsuta L.

Ibidem ac etiam in ruderatis.

Eodem tempore floret.

Sorghum Halepense *Pers.*

In fertilibus humentibus infestat vineas.

A julio ad septembrem.

Andropogon hirtum.

In aridis apricis. *s.ta Caterina*, *s.Luigi*, *Fontanelli.*

A majo ad octobrem.

TRIGYNIA

Polycarpon tetraphyllum L.

In aridis et ruderatis, ad vias. *s.ta Maria-di-Gesù.*

Ab aprili ad julium.

TETRANDRIA

MONOGYNIA

Dipsacus sylvestris *Mill.*

In argilloso-calcareis humentibus, ad margines aquarum lente fluentium. *Bardella, Rangasile, Mazzone, Maddalena* etc.

A junio ad augustum.

Scabiosa cretica L.

In collibus calcareis. *Cansaria, Coste-dell'-acqua-dolce, Balchini.*

Ab aprile ad julium.

— Cupani *Guss.*

Ubique ad vias.

A majo ad septembrem et ultra.

Asperula longiflora *Wald. et Kit.*

In collibus aridis et sterilibus. *Escuriales*, *s. Mauro* et alibi.

A julio ad septembrem, aliquo flore usque ad novembrem.

Sherardia cretica L.

In arvis, collibus, campis, cultis et incultis ac ruderatis herbidis obvia.

A februario ad majum.

Galium elongatum *Presl.*

Adde descriptioni Cl. *Gussone*, quod caules sunt tetragoni, supernè ramosi, trichotomi.

Ad margines agrorum subhumidos. *s.ta Caterina.*

A majo ad augustum.

— verum L.-var.*b*.pubescens *Guss.*

In humentibus ad margines agrorum ac etiam in collibus herbosis. *Valle-di-Bardella, Novara, Pille.*

A junio ad julium.

— lucidum *All.*

In collibus calcareis sylvaticis. *s. Pie-*

tro, Cansaria.
Majo.

Galium setaceum *L.*
In collibus aridis arenoso-calcareis. *Tabascio, Paradiso.*
Majo.

— aparine L.
var. *b.* minor.
Ad sepes, in sylvaticis, et ruderatis frequens ambas varietates.
A februario ad aprilem.

— saccharatum *All.*
In saxosis gramiaosis, inter opuntias, et ad margines agrorum. *Mazzone*, *s. Bartolomeo*, *s.ta Caterina.*
A februario ad majum.

Rubia peregrina L.
In incultis sylvaticis et dumetis, ac ad sepes.
Majo.

Plantago lanceolata L.—var. *c.* lanuginosa, et var. *d.* sericea *Guss.*
In coltis et incultis, ad vias per abundè
Aprili majo.

— major. L.
In aquosis, ad rivulos, secus olera, ad vias humidiuscnlas undique.
A majo ad augustum.

— albicans L.—var. *b.* angustifolia *Guss.*
In arenoso-argillosis, ad margines agrorum. *Fontanelle*, *s.ta Caterina.*
Aprili majo.

— Lagopus L.
In collibus et campis aridis, ad vias passim.
Ab aprili ad majum.

— serraria L.
In collibus argilloso-calcareis, ac per vias obvia.
Eodem tempore.

— Coronopus L.
Undique ad vias, et in pascuis.
Aprili majo.

— Psyllium L.
In collibus et campis aridis gramineis et ad rupes copiosè. *Giunco*, *Mazzone*, *s. Bortolomeo*, *Mazzivecchi*
A martio ad majum.

Cornus sanguinea L.
Ad sepes et margines cespitosas vinrum, et agrorum. *Cansaria*, et prope *s. Michele.*
Majo.

TETRAGYNIA

Potamogeton fluitans ? *Roth.*
In aquis stagnantibus rivulorum. *Saracena*, *Ramione.*
Flores non vidimus.

— crispum L.
In stagnis. *Acqua-nuova.*
Junio.

Sagina maritima *Don.*
In ruderatis, ad muros, per vias.
A februario ad aprilem.

PENTANDRIA

MONOGYNIA

Heliotropium Europaeum *L.*
In pinguibus, fimetis, vineis et ruderatis obvium.
A junio ad novembrem et ultra.

Myosotis collina *Ehrh.*
In umbrosis, herbosis, et ad margines agrorum abunde.
A martio ad majum.

— **Apula** L.
In pratis, campis, et collibus, ac ad sepes. *Portosalvo*, *s. Bartolomeo*, *s.ta Caterina*, *Madonna-della-Via*.
A martio ad majum.

Lythospermum purpureo-coeruleum L.
In pratis siccioribus, in collibus aridis, ad sepes ubique.
A martio ad septembrem.

— **arvense** L.
In cultis et incultis, inter segetes et vineas undique.
Ab idibus februarii ad majum.

Anchusa Italica *Retz.*
In aridis, ad margines agrorum ac inter segetes. *s. Luigi*, *s.ta Caterina*, *Rocca*, *Portosalvo*, *Gianco*.
Ab aprili ad junium.

Cynoglossum pictum *Ait.*
In lapidosis pinguibus et raderatis. *Rangasile*, *Battistello*, *s. Basilio*.
Desiccate martio usque ad julium.

— **columnae** *Ten.*
In sterilibus ad vias. *s.ta Caterina*.
A martio ad majum.

— **cheirifolium** L.
In collibus et submontosis calcareo-argillosis, ac inter segetes. *Tabbascio*, *Bardella*, *Mazzone*, *Pille*, *Cascalona* etc.
A martio ad aprilem.

Symphytum officinale *L.*
Ad cursus aquarum et in rivulis lente fluentibus. *Saroceno*, *Rangasile*, *Novara*, *Mazzone*.
A martio ad majum.

Zeyeri Schimper.
In humidis, et ad rivulos. *Mazzone*, *s. Bartolomeo*, *Selvaggio*.
Aprili majo.

Cerinthe aspera L.
In agris, campis, vineis, secus vias herbosas undique.
Ab idibus januarii ad aprilem, et ultra.

Borago officinalis L.
In cultis, et incultis, ad margines agrorum circum olera, et vineas obvia.
A februario usque ad junium.

Echium plantagineum L.
In aridis submontosis, in campis, et collibus, secus vias undique.
A martio ad majum.
Species revera polymorpha invenimus enim specimina foliis caulinis oblongo-lanceolatis bracteis linearibus subfalcatis, calycis laciniis rectis, corollis pilosis, ciliatis, coeruleis, concoloribus in collibus apricis. *Mazzicecchi*, a martio ad majum florentia.

Cyclamen Neapolitanum L.
In collibus calcareis, ad fissuras rupium, in sylvaticis. *Montagna*, *Tabuscio*, *Mazzone*, *Noce*.
A septembri ad novembrem.

Samolus valerandi L.
Ad aquarum scaturigines in calcareis. *Montagna*.

Junio florentem vidimus.

Anagallis arvensis L.

In subhumidis cultis, et incultis, ad rudera, ac etiam in collibus aridis non rara.

A martio ad majum.

var. *b.* floribus pallidis

In humentibus. *Bardella*, *Orti-de' Miracoli*—rara.

Eodem tempore fl.

— coerulea *Schreb.*

In cultis et incultis, ruderatis, circum agros, ad sepes herbosas copiosè.

A martio ad majum ac etiam ad junium.

Plumbago Europaea L.

In ruderatis aridis, et ad vias. *s.ta Maria-di-Gesù*, *Croce-del-Vicario*, *s.ta Caterina*, *Mazzone*.

Ab augusto ad octobrem.

Convolvulus sylvestris *Willd. et Kit.*

Caules in nostro, petioli, et nervi in foliorum parte inferiore sunt atro rubentes. Praeterea petioli laterali sulco, et pedunculi bilaterali linea longitudinali sunt signati, ita ut isti subancipites videantur.

In humentibus cespitosis. *Valle-di-Bardella*.

Majo junio.

— arvensis *L.*

In arvis, et campis ubique ac ad sepes.

A junio ad octobrem.

— altheoides *L.*

In collibus calcareis, et marnosis. *Rocca*, *Montagna*, *Cansaria*, *Amata*.

A majo ad junium.

— Italicus *P. S.*

Ad sepes, in dumetis, ad maceries. *s. Basilio*, *Marfisa*, *Noce*.

Ab aprili ad majum.

Convolvulus cantabrica *L.*

In arenosis ad vias. *s. Bartolomeo*, *s.ta Maria-di-Gesù*, *Portosalvo*.

A majo ad septembrem.

Campanula Erinus *L.*

In ruderatis, rupibus, muris, campis et arvis ubique.

Ab aprili ad junium.

Viola odorata *L.*

In humidiusculis sylvaticis, et ad sepes. *s. Lorenzo*, *s. Basilio*, *Russa*, *Semini*, *Valle-di-Saracena*, et alibi.

A januario ad martium.

— arvensis *Roth.*

In campis aridis sterilibus, ac etiam ad sepes herbosas, et inter segetes.

Ab idibus februarii ad majum.

Lonicera implexa *Ait.*

In argillosis, marnosis, et calcareis. *Salvatorella*, *Fontana-della-pietra*, *Scala*, *Cansaria*.

Ab aprili ad majum.

Verbascum sinuatum *L.*

In arenosis, et calcareis submontosis, ad vias et rudera satis abundè.

A majo ad augustum.

— repandum *Willd.*

In arvis, et campis subargillosis, ac ad vias. *Bardella*, *Novara*, *Piazza-di-Carbone* et alibi.

A junio ad augustum.

Datura stramonium *L.*

In ruderatis et pinguibus sylvaticis. *s. Pietro*, *Ogliastro*, *Grazia*.

A julio ad septembrem.

Hyosciamus albus *L.*

Ad rudera, muros, et maceries in pinguibus. *Ponte-di-Mezzo*, *Mandre-de' Miracoli*, *Reclusorio*, *s. Giovanni*.

var. *b.* corollis fauce et basi atropurpureis, plus

obvia.

Fere per totum annum florentes.

Hyosciamus niger *L.*

In pinguibus et in fimetis, circum ovilia. *Noce*, *Sette-Feudi*,

Aprili majo.

Mandragosa officinarum *L.*

In cultis et incultis aridis, in ruderatis, ad vias vulgaris.

A septembri ad octobrem.

Solanum sodomeum *L.*

Prope fluminum ripas, et in humentibus. *Camopietro.*

Aestate floret.

— dulcamara

In dumetis humidis, sylvaticis humidiosculis, et ad sepes. *Valle-di-bardella*, *Orti-dell'-acquo-nuova*, *s. Basilio.*

Ab aprili ad octobrem usque.

— moscatum *Presl.*

Ad agrorum margines subhumidos, ac in ruderatis abundè.

Ab aprili ad autumnum.

— nigrum *Willd.*

In pinguibus, fimetis, ad vias frequens.

Ab aprili ad augustum.

— miniatum *Bernardi.*

In demissis humentibus. *Rangosile.*

Junio florebat.

Lycium Europaeum *L.*

Ad sepes, inter vepres, et in nemoribus satis abundè.

A julio ad septembrem.

Rhamnus Alaternus *L.*

In nemoribus et in sylvaticis copiosè. *s. Pietro*, *Granieri*, *Crozia.*

Januario februario.

Hedera helix *L.*

Ad muros, in dumetis, ad arborum truncos passim.

Ineunte autumno.

Vitis vinifera-sylvestris *Willd.*

In sylvaticis. *s. Pietro.*

Fl. majo? Nonnisi fructus vidimus octobri.

Illecebrum Paronychia *L.*

In arenosis incultis. *Boschigliuolo.*

Junio florentem vidimus.

— tenuiflora *Hoffm. et Link.*

In submontosis argilloso-arenosis meridiem spectantibus.

Belmangiare, *Abate.*

A majo ad julium.

— ramosissima *Pers.*

var. *b.* longe pedunculata.

In humidiusculis apricis. *Boschigliuolo*, *Belmangiare.*

A majo ad julium.

Vinca major *L.*

In humentibus. *Valle-di-bardella.*

A martio ad majum, ac etiam octobri et novembri.

DIGYNIA

Ulmus suberosa arborea *Willd.*

In sylvaticis, et nemoribus, ac etiam ad sepes, et ambulacra.

Martio.

Herniaria glabra *L.*

In submontosis. *Cansaria.*

Desinente majo.

Herniaria cinerea *D.C.*—Polygonum Calatagironense *Cup.*

In arvis arenosis, et ruderatis. *s.ta Maria-di-Gesù.* et alibi nimis frequens.

Ab aprili ad majum.

Chenopodium melanospermum *Spr.*
Variat a discipt. Cl. *Gussone* longitudine spicarum, quae in nostro sunt 2—3 pollicares.
In fimetis et ruderatis ad pages. *Miracoli*, *Mazzivecchi*.
Ab augusto ad septembrem.
— murale *L.*
var. *b.* pruinosum.
Ad margines agrorum pingoium, in fimetis, ad muros, et maceries abvium.
A julio ad septembrem.
— album *L.*
In herbosis, et in arvis frequens.
A junio ad septembrem.
— viride *L.*
In arenoso-calcareis. *Moschitta*, *Bardella*.
Eodem tempore floret.
— vulvaria L.
In pinguibus et ruderatis sat copiosè.
A majo ad septembrem.
— ambrosioides *L.*
In subhumidis argilloso-calcareis, et ad macerias passim.
A majo ad novembrem.
Beta cicla *L.*
In collibus herbosis et pascuis apricis abundè.
Ab aprili ad augustum.
Eryngium campestre. *L.*
In cultis et incultis, ac inter segetes post messem.
A julio ad septembrem.
— triquetrum *Vahl.*
In submontosis, et collibus argillosis abundè. *Mulino-a-vento*, *Portella*, *s. Biagio*, *Cascalana*, *Altobrando*.
A majo od julium.
Bupleurum protractum *Link.*
In argillosis inter segetes. *Martello*, *Ciunco*.
Aprili majo.
Bupleurum odontites *L.*
Folia ramis subjecta sunt polynervia, sed caulina inferiora 3-nervia vel 5— nervia;nervis lateralibus margini approximatis.
Ibidem, et alibi non rarum.
Eodem tempore floret.
— Columnae *Guss.*
In campis argillosis, et ad vias frequens.
Ab augusto ad octobrem.
Ridolfia segetum *Moris.*
In argillosis inter segetes.
Ab aprili ad junium.
Pimpinella Gussonii *Bertol.*
In campis arenosis, ad sepes, et margines agrorum.*Escuriales*,*Madonna-della-via*.
A julio ad septembrem.
Ammi Visnaga-*b.*lejospermum *Guss.*
In pinguibus argillosis.*Ponte-di-mezzo*, *Martello*, *Pille*.
A julio ad septembrem.
— majus *L.*
In collibus aridis,ac in cultis ubique.
A majo ad julium.
Sium angustifolium *L.*
In aquosis, et ad rivulos. *Rangasile*, *Saracena* , *Novara* , *Mazzone* et alibi.
Majo et junio.
Ptycothis verticillata *D.C.*
In pascuis apricis in collibus aridis, in campis sicciaribus, ad vias.
Aprili et majo.
Foeniculum vulgare *Gaert et D. C.*
In collibus herbidis, et arenosis commune.
Junio et julio.
Brignolia plastinacaefolia *Bertol.*
In campis, et arvis calcareis et argillosis. *Balatazze*, *Piana-di-Carbone*, *Saracena*, *Regalseme*, et alibi.

Majo et junio.

Conium maculatum *L.*

In pinguibus incultis, et ruderatis, circum ovilia. *s. Pietro, Cansaria, Marfiso, Boschitello.*

Majo et junio.

Daucus carota *L.*— var. *b.* polygamus *Guss.*

In campis pinguibus, in arvis, et ruderatis non rara. *Martello*, et alibi.

Majo.

— aureus *Desf.*

In argillosis, inter segetes copiosè. Majo.

Scandix pecten *L.*

Inter segetes, ad viarum et agrorum margines obvium.

A martio ad majum.

Smyrnium perfoliatum *Mill.*

In pinguibus, in ruderatis et in sylvaticis. *Semini, s.ta Caterina, Gallo, Saracena*, et alibi.

Ab aprili ad junium.

Tordylium apulum *L.*

In cultis et incultis, ac inter segetes nihil communius.

Ab idibus martii ad majum.

Opopanax Chironium *Kock.*et*D.C.*

In sylvaticis, in dumetis, ad maceries frequens.

Maja et junia

Ferula communis *L.*

In sylvaticis septemtrionalibus non rara. *Olivo, Mogazzinaccio, Cutumino, Rahalginesi-al-Vallone-dell'-Aquila.*

Maja.

Angelica nemorosa *Ten.*

In specu stalactitica aquam calcariferam a fornicibus stillante. *Cansaria, Grotta-delle-Minnelle* prope *s. Michele.*

Septembri florentem collegimus.

TRIGYNIA

Rhus corriaria *L.*

In collibus sylvaticis arenosis et calcareis, ad sepes, ac ad fissuras rupium, undique.

Majo junio.

Sambucus Ebulus *L.*

Iuxta torrentium, et fluminum ripas. *Tempio.* Junio.

Tamarix Africana *Desf.*

In udis, in aggeribus, ad torrentium alveos, ad praerupta argillosa impedienda. *s. Giovanni, s. Pietro, Graniere, Piana-delle-Bruche.*

Ab aprili ad majum.

PENTAGYNIA

Linum strictum *L.* — var. c. spicatum *Pers.*

In submontosis, et collibus calcareis aridis. *Belmongiare, Cappuccini-vecchi.* Majo.

Crassula rubens *L.*

In collibus aridis, in ruderatis, ad muros frequens.

Majo.

HEXANDRIA

MONOGYNIA

Leucojum autumnale *L.*
In gypsosis, et calcareo-marnosis. *Rocca, Montagna.*
Ineunte autumno.

Narcissus Tazzetta. *L.*
In humidis marnosis et sylvaticis herbosis. *Vallone-di-s.ta-Chiara.*
Martio florentem collegimus.

— Cupanianus *Guss.*
Ad vias, in aridis ubique.
A septembri ad novembrem.

Allium nigrum *L.*
In calcareo-argillosis inter segetes frequens. *Refugio, Scala, Pilla* et alibi.
Majo.

— roseum *L.*
In collibus apricis, in cultis, inter segetes.
Aprili et majo.

— neapolitanum *Cyr.*
In cultis calcareo-argillosis, et ad ruders. *Mazzireccchi, Gianco.*
A martio ad majum.

— trifoliatum *Cyr.*
Pleno congruit cum descriptione Cl. Gussone, sed adde quod in nostro corollarum petala persaepe sunt septem, totidemque stamina.
In argilloso-calcareis, inter segetes non raram. *Orti-de'-miracoli, Muluna, Russa, Cascalana* etc.
Aprili et majo.

— Chamoe-moly *L.*
In aridis cespitosis, et sterilibus, ad rupes, et vias copiosè. *Bulatazze, Paradiso, s.Bartolomeo, Mazzone*, etc.
Decembri et januario.

Allium ampeloprasum *L.*
In collibus aridis incultis. *s. Mauro.*
Aprili et majo.

— descendens *L.*
Ibidem et eodem tempore floret.

— tenuiflorum *Ten.*
In collibus aridis, ac in ruderatis. *Castello.*
A majo ad julium.

Lilium candidum *L.*
Nunc spontaneum ad ambulacra in cultis.
Majo et junio.

Ornithogalum collinum *Guss.*
In arenosis et calcareis, ad sepes, et circum vineas, ad vias herbidas, et in sylvaticis, ondique.
A martio ad majum.

— narbonense *L.*
In cultis argillosis submontosis ac inter segetes. *Muluna.*
Aprili majo.

Scilla maritima *L.* - var. *a.* magna radice rubra *Cup.*
In calcareis et argillosis, ad viarum margines sylvaticos. *s. Mauro, Salvatorello, Valle-di-Pitone, Battistella* et alibi.
Ab augusto ad octobrem.

— intermedia *Guss.*
Cum praecedente.
Septembri et actobri floret.

— Hyacinthoides *L.*
In cultis apricis. *Regalseme, Caudarella.*
Aprili et majo.

Hyacinthus romanus *L.*
In cultis et incultis arenosis, ac

inter segetes obvium.
A martio ad nonas maji.

Hyacinthus dubius *Guss.*
In aridis secus vias, ac etiam quandoque inter segetes.
s.ta Caterina, *s. Bartolomeo*, *Mazzone*, *Semini*, *Battistella*, etc.
Aprili.

Muscari comosum *Willd.*
In arenosis, et argillosis inter segetes et ad margines agrorum copiosissimè.
Aprili et majo.

— moscatum var. *b.* floribus luteis *Guss.*
In campis pinguibus apricis rarum. *s. Bartolomeo.*
A martio ad idus aprilis.

— commutatum *Guss.*
In arenosis cultis, et incultis, ac inter segetes ubique.
Martio et aprili.

— neglectum *Guss.*
Cum praecedente, et eodem tempore floret.

— racemosum *Willd.*
In incultis inter opuntias. *Bardella.*
Martio, et aprili.

— parviflorum *Desf.*
In arenoso-calcareis sterilibus. *Boschigliuolo*, *Balatazza*, *Piana-di-Carbona*, *s. Bartolomeo*, et alibi.
A septembri ad octobrem.

— Cupanianum *Nobis.*
Racemo elongato, densifloro, cylindraceo, corollis clausis, adpressis, pedunculis infernè brevissimis, supernè nullis, foliis latis scapo duplo longioribus.
Icon. Cup. Pamph. Sic. 2 tav. 157. Hyacinthus botrioides major tubulis rarioribus erectis=Bonanni tav. 22. =Muscari, tubulis erectis, major.
Scapus 10 — 14 poll. erectus. *Folia* laete virentia, 1 poll. circiter lata, scapo duplo longiora. *Racemus* densiflorus, 4 — 6 poll. longus cylindraceus. *Flores* inferius laxiusculi. *Pedunculi* semi-lineares, albida bracteola setacea suffulti. *Corollae* distinctae, clausae, adpressae, atro-coeruleae, 2 — 3 lin. longae, inferiores subsessiles, summae sessiles.
Corollis clausis, et adpressis valde differt a *M. moscato* Wild. a *M. maritimo* Desf. et a *M. comoso* Wild. a quibus duobus etiam, et a *M. commutato* Guss. recedit foliis latioribus, et longioribus. Praeterea ab iisdem (excluso *M. maritimo*) distinguitur ob flores supernè sessiles, infernè subsessiles. Demum racemi sunt multo plus elongati quam in *M. commutato*, et non lutei, nec pauciflori uti in *M. moscato.*
Cl. Gussone, cui specimen exsiccatum communicavimus, nos literis monuit de iconibus per haec verba = *Species pulchra et revera nova, cujus icon adhuc dubia, priusquam vestram speciem vidissem, extat in Cup. pamph.* 2 *tav.* 157 et *Bon. tav.* 22. Animadvertendum vero quod in tabulis *Cup. et Bon.* pedunculi sunt nostro longiores, et folia breviores.
In arenosis incultis inter opuntias. — *Bardella* sat rara, nec alibi adhuc vidimus.
Aprili florentem collegimus.

Asphodelus ramosus. *L.*
In aridis submontosis, sylvaticis, ad sepes ubique, plaga praesertim meridionali.
A februario ad majum.

Asphodelus fistulosus *L.*
In collibus marnosis, et demissis gypsaceis. *Rocca.*
A martio ad julium et ultra.

— luteus *L.*
In rupibus et collibus calcareis sylvaticis. *Belladonna*, *Salto*, *Baldo.*
Aprili et majo.

Agave Americana *L.*
Ubique sepit arva, et agros.
A junio ad augustum.

Asparagus albus *L.*
In arenoso-calcareis sylvaticis, et ad sepes. *Piano-di-Carbone*, *s. Mauro*, *Battistella*, *s. Pietro*, et alibi.
A septembri ad dicembrem.

Asparagus acutifolius. *L.*
Ad sepes in sylvaticis et cespitosis ubique.
Ab augusto ad octobrem.

— horridus *L.*
In sylvaticis arenoso-calcareis, et ad sepes frequens.
Ab aprili ad junium.

Juncus acutus *L.*
In udis argillosis. *s. Pietro*, *Valle-di-Miceli.*
Ab aprili ad junium.

— conglomeratus
In humidiusculis ad vias.
Ab aprili ad junium.

TRIGYNIA

Rumex patientia *L.*
In humidis demissis, ad aquas lente fluentes, ad rivulos abundè.
Ab aprili ad junium.

— conglomeratus *Murr.*
In humidis, et sylvaticis.
Iunio julio.

— bucephalophorus *L.*
In cultis et in campis aridis arenosis vulgaris.
A februario ad majum.

— pseudo-acetosa *Bertol.*
In vinetis et collibus calcareo-argillosis frequens. *Regalseme*, *Selvaggio*, *Saracena.*
Aprili et majo.

Rumex multifidus *L.*
In collibus, et campis siccioribus, haud rarò.
Majo et junio.

Colchicum Cupani *Guss.*
Ad margines viarum in sylvaticis. *Rangasile*, *Balatazze.*
A septembre ad novembrem.

— Bivonae *Guss.*
In collibus apricis. *Cansaria.*
Eadem tempore floret.

POLYGYNIA

Alisma plantago *L.*
Bene congruit cum descriptione Cl. Pollichii, exceptis dimensionibus foliorum, quae in nostra subduplo majora sunt.
In stagnis, et paludibus. *Saracena.*
A martio ad julium.

OCTANDRIA

MONOGYNIA

Epilobium hirsutum *L.*
Ad aquarum lente fluentium margines. *Saracena, Rangasile.*
Julio et augusto.

— tenuifolium *L.*
In aridis saxosis. *Mazzivecchi.*
A junio ad augustum.

— pubescens *Roth.* - var. *b.* latifolium *Guss.*
Variat a descriptione Cl. Gussone caule elatiore 4—6 pedali, infernè simplici, supernè ramosissimo, reliqua ut in Guss. sed odde quod calycis laciniae sunt apice rufescentes, nervo pariter rubente.
In demissis humentibus. *Orti-di-Bardella, e dell' acqua-nuova, Russa.*
Julio et augusto florentem vidimus, et collegimus.

— lanceolatum *Sebast. et Maur.*
Recedit a descriptione Cl. Gussone stigmate clavato.
Ad aquarum scaturigines. *Valle-di-Bardella.*
A majo ad julium.

— palustre *L.*
In aquosis, et ad stagna. *Rangasile, Regalseme.* Junio.

Epilobium tetragonum *L.*
A descriptione Cl. Gussone recedit foliis latioribus, et petalis longioribus.
In demissis humidis. *Valle-di-Bardella, Orti-dell'-acqua-nuova.*
Majo et junio.

— obscurum *Schreb.*
Ibidem.
Junio et julio.

Chlora intermedia *Ten.*
In lapidosis et ruderatis ad vias.
Majo et junio.

Erica arborea *L.*
In sylvaticis, et nemoribus. *s. Pietro, Granieri, Grazia.*
A februario ad martium.

— peduncularis *Presl.*
In calcareis marnosis, ad fissuras rupium. *Montagna.*
A septembri ad novembrem.

Daphne Gnidium *L.*
In sylvaticis submontosis, in collibus cespitosis, ad vias. *s. Mauro, Tabascio, Battistella, Sfere,* et alibi frequenter.
A julio ad septembrem.

TRIGYNIA

Poligonum aviculare *L.*—var. erectum.
In cultis, et incultis, ad vias passim.
A majo ad octobrem.

— Bellardi *All.*
In campis, arvis, et inter segetes. *s. Bartolomeo, Piana-di-Carbone, Piano-del-Conte.*
Aprili et majo.

Poligonum convolvulus *L.*
In cultis, et incultis, ad sepes, et in arvis, ubique.
A majo ad septembrem.

ENNEANDRIA

MONOGYNIA

Laurus nobilis *L.* A januario ad aprilem.
In sylvaticis rarò. alibi potius culta.

DECANDRIA

MONOGYNIA

Anagyris foetida *L.*
In sylvaticis arenoso-calcareis, et ad sepes. s. *Mauro*, *Boschitello*, s. *Basilio*, *Ogliastro*, *Cansaria*.
A dicembri ad martium.

Tribulus terrestris *L.*
In collibus, et campis aridis, in ruderatis, ad vias. s. *Bartolomeo*, s.*ta Maria-di-Gesù*, *Semini*.
A majo ad octobrem.

Arbutus unedo *L.*
In nemoribus. s. *Pietro*? sed rara; alibi olim culta.
Ab octabri ad dicembrem.

DIGYNIA

Gypsophyla Arrostii *Guss.*
In collibus gypsaceis, et marnoso-calcareis. *Rocca*, *Marcimino*, *Montagna*.
A junio ad augustum.

— permixta *Guss.*
In lapidosis calcareis, et in campis aridis.
Ab aprili ad julium.

— rigida *L.* ex *Guss.*
In aridis, et sterilibus, ad vias. *Balatazze*, *Saracena*, *Piana-di-Carbone*.
Ab aprili ad septembrem, aliquo flore usque ad dicembrem.

Saponaria officinalis *L.*
Ad sepes, et margines agrorum in subhumidis. *Fontanelle*, s.*ta Caterina*, *Mazzone*, *Rangasile*.
A majo ad augustum.

Dianthus velutinus *Guss.*
In arenosis, ad margines agrorum. *Cappuccini-vecchi*, *Semini*.
Majo et junio.

— Siculus *Presl.*
Advertendum quod caules in hos specimiiaa suot multiflori, et inferanè obsolete quadrangeoli.
In collibus calcareo-arenosis. *Escuriales*, s. *Mauro*, s.*ta Brigida*.
Eodem tempore floret.

TRIGYNIA

Silene gallica *L.*
In arenosis in campis, et vineis, ad vias frequens.
Aprili et majo.

Silene neglecta *Ten.*
In ruderatis, aridis, et ad muros obvia.
A martio ad aprilem.



Silene sericea *All.*
var *a.* et *b.* *Guss.*
Nihil vulgarius in arenosis cultis et incultis.
A februario ad majum.
— inflata *b.* angustifolia *D. C.*
In arvis, campis, ruderatis, inter segetes, ad muros obvia.
Ab aprili ad julium.
— tenuiflora *Guss.*
In cultis arenosis. *s.ta Maria-di-Gesù.*
Ab aprili ad majum.
— italica *Pers.*
Adde descript. Cl. Gussone quod caules superne sunt exquisitè viscosi.
In collibus aridis. *Stretto-s.-Luigi.*
Eodem tempore floret.
— fruticosa *L.*
In nostra nervi in lacinias calycinas terminati sunt purpurascentes, caetera ut in descriptione Cl. Gussone, sed adde quod folia sunt arcte adpressa, connata; florum racemi oppositi et caules purpurascentes.
In ruderatis rara.
Ineunte junio collegimus.
— conica *L.*
In arenosis, aridis, ad vias.
Aprili et majo.
var. *b.* calycinis nervis purpurascentibus *N.*
In declivitatibus boreali ad aquilonem spectantibus. *Cansoria-verso-s.-Michele.*
Majo.
Silene viridiflora *L.*
Ibidem, et eodem mense?
Stellaria media *Smith.* — var *b.* media.
In ruderatis, in cultis, ad sepes, et vias communis.
Floret per totum annum.
Arenaria serpillifolia *L.*
In muris, ruderatis, collibus sterilibus frequens.
Aprili et majo.
— heterosperma *Guss.*
Differt a descriptione Cl. auctoris ob numerum staminum, quae in nostra sunt decem, ob viriditatem caulis, et ob stipulas breviter acuminatas. Semina vero non vidimus.
In ruderatis aridis et in arenosis herbosis.
Eodem tempore.
— rubra *Vahl.*
Ibidem et eodem tempore floret.

PENTAGYNIA

Lychnis divaricata *Reich.*
Ad sepes, et in incultis. *Cansoria.*
A majo ad . . .
— coelirosa *D. C.*
In arenoso-calcareis, inter fruticeta et opuntias. *Fontanelle, s.ta Maria-di-Gesù.*
— Githago *Scop.*
Inter segetes. *Belmangiare, s.ta Caterina, Giunco, Fontanelle,* et alibi, copiosè.
Ab aprili ad junium.
Cerastium glomeratum. *Thuil.*
In arenoso-argillosis cultis, et herbosis passim.
A januario ad aprilem.
var *b.* eglandulosum, non viscosum, calycibus concoloribus, *Guss.*

In cultis, et incultis obvium.
Eodem tempore.

Cerastium densiflorum *Guss.*
In aridis sterilibus non rarum.
Ineunte vere.

— pentandrum *L.* — var. elatum.
In ruderatis, et in campis aridis frequens.
A februario ad apriiem.

— campanulatum *Viv.*
In arvis sterilibus, et campis aridis.
A januario ad martium

— arenarium Ten. — var. *b.* dubium *Guss.*
Ad rudera et vias, in campis, et agris, huc illuc abundè.
A februario ad aprilem.

Cotyledon umbilicus *L.*
In ruderatis, ad muros, in tectis, et in herbidis muscosis humentibus nihil communius.
Aprili et Majo.

Sedum stellatum. *L.*
In tectis, et ruderatis humidiusculis frequens.
Majo.

— glanduliferum *Guss.*
In muris et tectis ubique.
Eodem mense.

— coeruleum *Vahl.*
In rupibus calcareis. *Selvaggio.*
Majo.

— eriocarpum *Sibth.*
In montosis calcareis, in rupibus. *Cansaria.*
Majo et junio.

Oxalis corniculata *L.*
In cultis ad ambulacra. *Portazza, s. Lorenzo*, forte olim culta.
A februario ad novembrem.

DODECANDRIA

MONOGYNIA

Portulaca oleracea *L.*
In pinguibus, ruderatis, et circum olera abundè.
A majo ad augustum.

Lythrum salicaria *L.*
Ad rivulos, et in aquosis. *Valle-di-Rangasile, di-Saracena, di-Bardella*, et alibi.
Ab augusto ad octobrem.

— Preslii *Guss.*
In argillosis demissis humentibus. *Al-ponte-vecchio-delle-valanghe-del-mulino-a-vento.*
Majo et junio.

Lythrum Graefferi *Ten.*
In humidis, ad aquas lente fluentes. *Marcimino, Saracena, Rangasile* etc.
A majo ad septembrem.

— hyssopifolia *L.*
In humidis. *Saracena, Rangasile, Marcimino.*
Aprili et majo.

DIGYNIA

Agrimonia eupatoria *L.*
In collibus, et submontosis cespitosis, ac etiam in demissis sylvaticis, et ad sepes frequens.
A majo ad octobrem.

Reseda crispata *L.*

In collibus, et campis arenoso-calcareis, in arvis, et ad vias. *Madonna-della-Via, Cappuccini-vecchi, Semini.*

Ab aprili ad junium.

— luteola *L.*

Cum praecedente haud rara.

Eodem tempore floret.

— lutea *L.*

In collibus aridis calcareis et argillosis. *Pagliara, s.ta Caterina, Soccorso, Russa,* et alibi.

A junio ad augustum.

— fruticulosa *L.*

In arenoso-calcareis, in ruderatis, ad sepes, et muros dirutos, et secus vias abundè.

Floret fere per totum annum praesertim a martio ad octobrem.

Euphorbia Chamaesyce *L.*

In cultis, et incultis non rara.

Æstate floret.

— peplus *L.*

In cultis, et ad sepes herbosas frequens.

A dicembri ad aprilem.

— falcata *L.*

In cultis vulgaris.

Aprili et majo.

— exigua *L.*

In arvis, et collibus aridis. *s. Mauro, Maluna.*

Eodem tempore.

— Terracina *L.*—Neapolitana *Ten.*

Species rovora proteiformis. In nostro specimine duo rami ex eodem caulo tracti mirum prodeunt varietatem; nam umbella trifida, et tria involucra spectantur in uno, dum pentafida umbella, et quatuor involucra in altero; in utriusque involucris vero unum folium superne serrulatum, reliqua integra. Primus e basi ad involucrum usque rubens, alter inferne tantum rubescens, coetera ut in descript. Cl. *Gussone.* Descriptioni autem E. *Neapolitanae* Cl. Ten. addendum quod umbella in nostra est 3—5 fida, sub umbello minime extant rami floriferi dichotomi, et caules ad basin sunt fruticulosi. Alia specimina, quae decerpsimus alias plus minusve varietates ostendunt; optimum quidem Cl. *Gussone*, cui observationes nostras communicavimus, judicium proferebat literis, quas nobis misit. « Species proteiformis quoad habitum, « folia, ramos sub umbella fertiles « etc. ita ut illius exacta descriptio « vel nimis longa, vel difficilis nimis.

In arenosis et calcareis ubique.

A februario ad septembrem.

— Dendroides *L.*

In sylvaticis, et nemoribus. *s. Pietra, s. Mauro, Grazia, Boschitello, s. Basilia* et alibi.

A dicembri ad aprilem.

— helioscopia *L.*

In arenoso-calcareis cultis, et incultis, in ruderatis, ad sepes obvia.

A dicembri ad majum.

— akenocarpa *Guss.*

In argillosis, demissis subhumidis. *Fontana-della-Pietra, Refugio, Soccorso.*

Aprili et majo.

— ceratocarpa *Ten.*

In humentibus arenoso-calcareis, et argellosis. *s. Mauro, Bardella, Montagna,* et alibi.

A majo ad augustum.

— amygdaloides *L.*

In sylvaticis, dumetis, et ad sepes abundè.

A februario ad aprilem.

Euphorbia Characias *L.*
Cum praecedente.
A januario ad martium.

Euphorbia biglandulosa *Desf.*
In collibus sterilibus. *Selvaggio.*
Martio.

ICOSANDRIA

MONOGYNIA

Opuntia ficus-indica *Mill.*
var. *a* fructu lutescente
b fructu albido
c fructu sanguineo
d fructu aspermo.
Ubique, praesertim in collibus sterilibus, et lapidosis omnes varietates, ac ad sepes cum *Agave-americana.*
A majo ad julium.

— amyclaea *Ten.*
Cum praecedente, et eodem tempore floret.

Myrtus communis *L.*
In sylvaticis, ac in nemoribus. *s. Pietro, Mazzarrone.*
Aprili et majo.

Punica granatum *L.*
Ibidem, sed rarior.
Majo.

Amygdalus communis *L.*
In calcareo - arenosis meridionalibus frequens. *Boschitello, s. Mauro.*
Januario et februario.

Prunus cerasus *a* caproniana *L.*
Olim culta nunc sponte provenit.
Martio, et aprili.

— spinosa *L.*
In sylvaticis, dumetis, nemoribus, ac ad sepes passim.
Februario martio.

Mespilus monogyna *Willd.*
Ibidem cum praecedente.
Martio, et aprili.

Pyrus communis *L,*
Ibidem, plaga praesertim meridionali.
A martio ad majum.

— cuneifolia *Guss.*
Cum praecedente, sed abundantius, et eodem tempore floret.

POLYGYNIA

Rosa semper-virens *L.* — var. *a*
Adde descriptioni Cl. Gussone, quod petala sunt bifida.
Ad sepes, et inter vepres. *s. Marco, Madonna-della-via*, et alibi.
Ab aprili ad junium.

— canina *L.*
In sepibus et dumetis abundè.
Eodem tempore.

— dumetorum *Thuil ex Guss.*—sepium *Thuil ex Ten.*
Adde descriptionum utriusque Cll. *Guss. et Ten.* quod aculei sunt compressi, ac ad basin dilatati, rubentes', et adunci, petala divaricato-emarginata.
Ad sepes. *Via-tra-Boschigliuolo*, *e-Balatazze, Semini.*
Eodem tempore.

Rubus dalmaticus *Tratt. Ros. ex D. C.*
Ad sepes, in sylvaticis, dumetis, et nemoribus, ad muros dirutos valde infestus.

Eodem tempore.

Potentilla reptans *L.*

In humidis et umbrosis, ad sepes berbosas *Mazzi-vecchi*, *s. Lorenzo*, *Moschitta*, *Mazzone*, et alibi abundè.

A februario ad septembrem.

POLIANDRIA

MONOGYNIA

Capparis rupestris *Smith.*

In rupibus calcareis. *Montagna*, *Rocca*, *Mantina*, *Selcaggio*, *Betsollazzo* etc.

Majo et junio.

— spinosa *L.*

Ibidem et *Balchini*, *Scala* etc. et eodem tempore floret.

Papaver hybridum *L.*

Inter segetes ubique.

Aprili et majo.

— Rhoeas L.

Ubique in cultis, et incultis herbosis, ac etiam in ruderatis.

A martio ad majum.

— somniferum L.

Quondam cultum, nunc spontaneum alicubi provenit.

Aprili et majo.

Cistus creticus L.

In nemoribus et in sylvaticis communis.

Aprili et majo.

— salvifolius L.

Ibidem, et eodem tempore.

— Monspeliense L.

Cum praecedentibus, et eodem tempore.

Elianthemum viride *Ten.*

In incultis calcareis, et in collibus sterilibus. *Coste-di-s.-Giuseppe*, *e dell'-acqua-dolce*, *Censaria.*

Ab Aprili et junium.

— arabicum *Pers.*

Ibidem.

Aprili et majo.

PENTAGYNIA

Paeonia Russi *Biv.*

In submontosis. *Censaria.*

A martio ad majum.

Delphinium longipes *Moris.*

Undique per arva, et campos.

Aprili et majo.

Nigella damascena *L.*

In argillosis, et calcareis herbosis, inter segetes, ac etiam in sylvaticis satis frequens.

Ab aprili ad majum.

POLYGYNIA

Anemone coronaria *L.*

In arenosis, calcareis, et argillosis abundè.

A februario ad martium.

— hortensis *L.*

In demissis calcareis, et collibus. *s. Basilio*, *s. Lorenzo*, *Mazzone*, *Stretto-delle-palle*, *Paradiso* etc.

A januario ad aprilem.

Clematis vitalba *L.*

In dumetis subhumidis, et umbrosis

sylvaticis. *Bardella*, *Mazzone*, s. *Pietro*, *Granieri*. A junio ad augustum.

Clematis cirrhosa *L.*

In sylvaticis ac fruticetis et in fissuris rupium, ad sepes. *Mazzone*, *Saracena*.

A septembri ad dicembrem ac usque ad januarium.

Thalictrum calabricum *Spr.*

In sylvaticis herbosis non rarum.

Ab aprili ad junium.

Adonis Cupaniana *Guss.*

